EXEMPLA
S. SCRIPTURÆ



Dialogus bone aventure.





Incipit dyalogus sancti Boneauenture cardinalis in quo anima deuota meditando interrogat. Et homo mentaliter respondet.

f Lecto genua mea ad patrem dn̄i mei iesu xp̄i/a quo oīs paternitas in celo et ī terra noīatur. vt det vobis scd̄m diuitias glīe sue virtute corroborari per sp̄m eius in interiore hoīe xp̄m p̄ fidē habitare in cordibus vr̄is/in caritate radicati et fūdati. vt possitis cōphēdere cū oībꝫ sctīs q̄ sit lōgitudo. latitudo. sublimitas. ꝛ ꝓfundū. scire eciā supemi nētē scīe caritatē xp̄i/vt ipleamini ī oēm plenitudinē dei. ¶ Paulus apl'ſ vas electiōis/sacrariū diuīe sctificatiōis/speculū ꝛ exēplar fraterne cōtēplatōis/in v̄bis p̄missis primo ostēdit nobis mētalē excercitatiōis ortū obiectū ꝛ fructū. Mētalis em̄ excercitatio si dꝫ eē pia/ꝛ salutifera. oportet q̄ habeat potētiā supnaturalē ꝯfortātē/sapiētiā regulātē/clemēciā cōsolantē. Flectet ergo aīa deuota diuine ꝯtēplatiōis amore succēsa/genua mētis ante thronū btīssime ꝛ incōphēsibilis trinitatis/prius huīliter postulet sapiēter dei pr̄is cōfortātem potēciam/ne labore depressa succūbat

dei filij regulatricē sapiaz/ ne errore seducta a veritate deuiet. dei spūs scti ꝯsolatricē pietatē ⁊ clemēciā/ne tedio deuicta deficiat. Oē enī datū optimū/ ⁊ oē donū ꝑfectū/desursū est descēdēs a patre luminū/ ⁊ scōꝫ augustinū. Oē bonū nostrū aut deus est. aut a deo est Vñ in oī boni operis initio ille est īuocādus: a quo oē bonū originaliter progredit/ ꝑ quē oē bonū exēplariter ꝓducit ad quē oē bonū finaliter reducit. Hec est illa ineffabilis trinitas/pater et filius et spūs sāctus/quā tangit apl's cū dicit. Flecto genua mea ⁊c. vsqꝫ ad vt possitis. ¶ Scdo ostēdit illius salutifere mētalis excertatiōis obiectū. obiectū vere excercitationis deuote mētis dicūtur esse interiora. exteriora. inferiora. ⁊ supiora Debet enī deuota aīa ꝑ mētale exercitiū cōtēplatiōis radiū deflectere ad interiora sua vt videat qualiter sit creata ꝑ naturā deformata ꝑ culpā. reformata ꝑ gratiā. Debꝫ scdo cōuertere radiū cōtēplatiōis ad exteriora: vt cognoscat quā instabilis sit humana opulēcia. quaꝫ mutabilis huāna excellēcia. quā miserabilis mūdana magnificētia. Debet tertio cōuertere radiū cōtēplacionis ad inferiora: vt intelligat humane mortis ineuitabilē necessitatē. iudicij finalis formidabilē austeritatē. pene infernalis intollerabilē penalitatē. Debet quarto cōuertere radiū contemplationis ad superiora: vt cognoscat ⁊ sapiat

celestis gaudij inestimabilē preciositatē. ineffabi-
lē deliciositatē ꝛ interminabilē eternitatē. Hec ē
crux beata quattuoꝛ finibus terminata/ in qua o
aīa deuota cū tuo dulcissimo ihesu xp̄o debes iu
giter meditādo pēdere Hic est ille currus igneus
quattuoꝛ rotis ꝯsūmatus/ in quo debes post tuū
amicū fidelissimū assidue cōtēplando celi palaciū
cōscēdere. Hec est quadꝛuplex regio videlicet o-
riētalis/ occidētalis/ aquilonaris. ꝛ meridionalis
quā tu o aīa: quotidie debes quasi pegrinādo in-
cedere ꝛ quasi tuū specialissimū delictū in ea spe
culādo querere ꝛ inuestigare: vt possis cū sponsa
dicere. In lectulo meo ꝑ noctē quesiui quē diligit
aīa mea. Hec quattuoꝛ tāgit apl̄s cū subiūgit: vt
possitis cōpꝛehēdere cū oībus sctis que sit longi
tudo/ latitudo/ sublimitas ꝛ pꝛofūdū. ¶ Tertio
ostēdit fructum salutifere mētis excercitationis.
Fructus autē istius excercitatiōis salutifere si di
gne ꝛ laudabiliter exequatur: est felicitas eterna
que est quid optimū/ ꝛ pulcherrimū/ ꝛ ꝑ se suffici
entissimū. nullo extra se indigēs in qua videbimꝰ
et amabimus: vacabimus ꝛ laudabimus ieternū
et vltra: eū qui est super oīa benedictus in secula
Hunc fructū pꝛomittit apl̄s qn̄ sermonē cōcludit
dicens. vt impleamini in omnē plenitudinem dei
Hanc plenitudinem tunc inuenimus quādo erit
voluntati plenitudo pacis rationi plenitudo lu-

cis memorie cõtinuatio eternitatis. Tũc erit de⁹ oĩs in oĩbus. cum a ratione oĩs error/a volũtate oĩs dolor/ꝛ a memoria oĩs timor recesserit/ꝛ suc cesserit illa quã speramus mira serenitas/ diuina iocũditas/eterna securitas. Hũc tractatũ instigã te consciẽtia propter simpliciores quosq; simplicibus verbis de sctõrum dictis cõpilaui ꝑ moduz dyalogi. In quo aĩa deuota veritatis eterne discipula meditãdo interrogat. et homo idest ratio interior mẽtalis loquẽdo respõdet Ut aũt ad istius mẽtalis excercitatiõis ineffabilẽ cõtẽplationem humiliter ĩuocãdo accedamus: genua cordis deuote flectamus ante thronũ diuine maiestatis/ꝛ ante soliũ indiuidue trinitatis. lachrymis ꝛ gemitibus incessãter clamem⁹: vt deus pater ꝑ suũ bñdictũ filiũ in spũ sãcto donet nobis grãm excercitãdi mẽtaliter: vt per hũc ꝑtingamus ad deũ qui est omnis desiderij finis: et complemẽtum.

¶ Prima cõtẽplatio circa interiora vbi aĩa petit modũ excercitãdi in contẽplatione

¶ Anima

D Ic queso o homo: dic si post deuotã inuocationez diuine magnificẽtie/ꝛ post huĩlẽ implorationẽ eterne sapiẽcie/ꝛ post demũ humilẽ ꝛ flebilẽ supplicationẽ supne pietatis ꝛ clemẽtie gratiã excercitãdi mẽtaliter circa hãc quadruplicẽ materiã videlicet longitudinis. latitudinis.

profūditatis. ⁊ sublimitatis obtinerē: quo ordiē inchoarē. ne meritū huius excercitatiōis amittā si indebito ordine ignorāter pcedā. Ordinis eñ ignorācia/ scōm bernardū/ pturbat formā merito rū. nec reputat. scōm eūdē rei pfecta cognitio in nobis existere. cū scimus quid est faciēdū. ⁊ igno ramus quo ordine sit procedendum.

Homo

Oia: scōm bernardum ad eugeniū papam. a te tua consideratio inchoat ne frustra extēdaris ad alia te neglecta. Idem in meditatiōibus. Multi multa sciunt: et seipsos nesciunt. Alios inspiciūt et seipsos deserunt. deum querentes per exteri= ora: deserentes interiora sua. Idcirco ab exterio ribus ad interiora redeam. ab interioribus ad su periora conscendam. vt possim cognoscere vnde venio. aut quo vado/ vnde sum/ vel quid sim/ ⁊ ita per cognitionē mei/ ascēdam ad cognitionem dei Hec bernardus. Itē crisostomus sup matheum. Non minima pars philosophie/ est cognitio sui. Itē ābrosius in exametris. Cognosce te quem tu scis. attende tibi: vt consideres quid in te itret in cogitatiōe. q̄d exeat in sermone. Uitā ergo tuā o sia: cotidiana discussiōe examina. Attēde diligē= ter quātū proficias/ quātū deficias/ qualis in mo ribus/ qualis in affectiōibus/ q̄ similis deo. q̄ dis similis/ q̄ prope/ q̄ longe. Illud semper agnosce

q̄tū multo laudabilior ꝛ melior es si te agnoscis quā si te neglecta/cursū siderꝝ/vires herbaꝝ/cō-plexiones hoīm/naturas aīaliū cognosceres et sciēciā oim celestiū ꝛ terrestriū haberes. Redde ergo te tibi. et si nō sēꝑ: saltē interdū rege tuos affectus/dirige actus/corrige gressus. Igit: o aīa: tene cōsilia sctōꝝ. et primo radiū contēplationis cōuerte ad regionē orientalē/hoc est ad cōsideratione tue cōditionis. Diligenter ergo cōsidera: q̄ generose a sūmo artifice facta sis per naturā: quā vitiose a tua volūtate deformata sis per culpam. Primo ergo cōsidera: q̄ generose formata sis ꝑ naturā. Generositas tua naturalis cōsistit in hoc vt estimo: q꞉ tibi naturaliter ad tui decorem impssa est ymago beatissime trinitatis. Vn̄ āselmus Fateor dn̄e et gratias ago: q꞉ me creasti ad ymaginē tuā: vt tui memor sim/te cogitē/te diligam. Bernardus in suis meditationibus. Scdm interiorem hoiem tria in me inuenio ꝑ que deū recolo/conspitio/ꝛ cōcupisco. Sunt autem hec tria memoria/intelligēcia/ꝛ volūtas. Cū dei reminiscor in ipso delector. Intelligēcia intueor/q̄tū i se sit incōprehensibilis: q꞉ principiū et finis. quantum in angelis desiderabilis: q꞉ desiderant in eū prospicere. quātū in sanctis oībus delectabilis: q꞉ in eo assidue letant̄. in creaturis oībus admirabilis q꞉ eas potēter creat/sapiēter gubernat/benigne

dispensat. Cū deum per voluntatem diligo: me=
metipsū transformo. Hec bernardus. Recogno
sce o aīa mea: q̄ꝫ mira ꝛ inestimabilis dignitas est
esse non solū vestigiū creatoris quod cōmune est
oībꝫ creaturis. Lauda igit̄ aīa mea dñꝫ lauda deū
tuū syon. expgiscere et lauda: exulta ꝛ gaude. qꝛ
insignita dei ymagīe/ decorata siłitudīe. pticeps
rationis/capax eterne btitudinis. Sꝫ qꝛ hec mo
dica nō īmerito forte iudicarēt̄ si morte finirētur
exulta et lauda/ qꝛ cū p̄dictis dedit tibi naturam
īmortalitatē substāciā incorruptibilē. durationē
interminabilē/ vitā perpetuā. ymago eñ eterne
trinitatis nō esses: si termīo mortis claudi posses
Hugo de arra ꝛ donis aīe O aīa: aduerte q̄ꝫ cre=
ator tuus post esse dedit tibi ppetuū esse. deditq̄ꝫ
tibi viuere/sētire/discernere sēsib⁹ decorauit: sa=
piēcia illustrauit. Tuā igit̄ pulchritudinē attēde:
vt ītelligas qualē debeas pulchritudinē diligere
q̄ꝫ si temetipsā vt expedit ꝯtēplari nō sufficis. cur
saltē q̄d de te existīare debeas ex iuditio alieō nō
ppēdis. Spōsū habes: sꝫ faciē eius nō vidisti. ille
te vidit munera misit arrā dedit. Si speciēꝫ eius
videres: nō āplius de tua pulchritudīe ābigeres:
scires eñ q̄ꝫ tā pulcher/tam formosus/tamq̄ꝫ vni
cus dei filius tuo aspectu captus nō esset: si eū sin
gularis decor tu⁹ et vltra ceteros admirādus nō
traxisset. Hec hugo Sꝫ hec fortassis o aīa: nimis

ingrata tibi videtur et modica. propterea audi tertio dignitatem admirabilem. quia tante simplicitatis est: quod nichil potest domum mentis tue inhabitare. nichil ibi potest mansionem facere: nisi simplicitas et puritas trinitatis eterne. Ecce quod dicit sponsus. Ego et pater veniemus ad eum/ et mansionem aput eum faciemus. Et alibi. Festinans descende. quia in domo tua oportet me manere. Illabi enim menti nulli possibile est nisi soli deo qui hanc creauit. ipse enim est qui intimior intimo tuo esse perhibetur. sicut augustinus testatur. Gaude o felix anima: que cotidie cor suum mundat vt inhabitantem deum suscipiat/ cuius hospes nullo bono indiget quia autorem omnium bonorum habet in se. O quam beata anima apud quam deus requiem inuenit que dicere potest Qui creauit me: requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem ei celi requiem non poterit. que sibi in hac vita requiem in mente preparauit. Hec bernardus O anima: nimis es amara si non sufficit tibi tanti hospitis presentia. quia scis quod tam liberalis est: quod communicabit tibi de bonis suis/ quia tam pius est quod ditabit te de donis suis. Nullo modo deceret tantum principem dimittere suum hospitem indigentem. Adorna igitur thalamum tuum: et suscipe regem xpm de cuius presentia exultabit et letabitur tota familia tua. O vere mira/ et multum admirabilis sententia. Rex cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. cuius magnitudinem celum et terra reuerentur, de cuius sapientia agmina spi-

rituum illuminantur, de cuius clemẽcia omnium beatoꝝ collegia saciantur. Tale tuũ o aĩa deside rat hospiciũ tuũ cenaculũ: plusquã celeste palaci um appetit et exoptat. Delicie eñ sue sũt: esse cũ filijs hoĩm. Sed si hec adhuc te non moneant ad laudãdũ creatorẽ tuũ. cõuertere contẽplationis radiũ ad quartũ beneficiũ. et recognosce ꝙ tante capacitatis es: ꝙ nulla creatura citra deũ sufficit saciare tuũ desideriũ, Hugo de sctõ victore dicit. Oĩs iocũditas/ omnis suauitas/ oĩs potẽcia/ oĩs opulentia creaturaꝝ afficere coꝛ humanũ possũt saciare vero non possunt. ¶ Anselmus loquitur. Omnis creatura que deus non est: in inopia est. Et qꝛ reuera scðm gregoꝛium in moꝛalibus. Aĩa humana que ad deum appetẽdum facta est: quid quid extra deum appetit: minus est Jure eñ non sufficit: quod deus non est. Jam vt estimo anima sufficit tibi. ꝙ vidisti tuã nobilitatem que ẽ valde laudabilis. cõuerte nũc radium contẽplatiõis ad tuam sup ceteras creaturas potestatẽ. que reue- ra est amabilis. Hugo de arra anime. O aĩa mea: quid dedit tibi sponsus tuus. Respice mũdũ istũ. Omnis naturalis creatura ad hunc finem suum cursum dirigit: vt tuis vtilitatibus deseruiat. tuis oblectationibus scðm distinctionem tẽpoꝛum in desinenter occurrat. Uide iam anima mea ⁊ dili- genter considera: ꝙ creatoꝛ tuus ⁊ amicus tuus/

ſponſus tuus/ totã machinã mũdialem ad tuum
ordinauit miſteriũ. Ecce angeli purgãt ⁊ iflãmãt
tuũ affectũ/illuminant et informant intellectum.
perficiunt et cuſtodiunt totũ tuũ ſubiectũ. Mag
na em̃ dignitas eſt habere tales doctores/ tales
cõſolatores/tales cõſeruatores. O aĩa: ſi videre
poſſes quãto gaudio quãtoꝗ tripudio aſſiſtũt o=
rãtibꝫ.interſũt meditãtibꝫ/quãto ſtudio nos ĩ bo
no cõſeruãt: quãto deſiderio nos et noſtrã ſalutẽ
eternã expectant. Celũ tibi deſeruit per ſuũ mo=
tũ/luminaria celi per ſuuꝫ influxũ/ ſol cauſat tibi
diẽ/luna illuĩat tibi noctẽ. Ignis tẽperat aeris fri
giditatẽ/aer mitigat tibi ignis internã caliditatẽ/
aqua tibi mundat fetorẽ/ mitigat tibi ſitis ardorẽ
fecũdat terre rigorẽ/terra vero te ſubſtentat ſua
ſoliditate/ recreat ſua fertilitate/ delectat ſua a=
menitate. Ecce o aĩa. breuiter diſcurriſti ꝑ ſingu=
la/ab inferioribus ad ſupiora: ⁊ inueniſti ꝙ om̃is
creatura ad hũc finẽ ex diuina ordinatione curſũ
ſuũ dirigit/ quatinus tuis vtilitatibus deſeruiat/
tuiſꝗ oblectatiõibꝫ indeſi ẽter occurrat. Sꝫ ca=
ue aĩa mea: ne nõ ſponſa ſed adultera dicaris: ſi
munera dantis pluſquã affectũ amantis diligis.
Auguſtinus in libro cõfeſſionũ. Ue tibi aĩa ſi ob
erras in veſtigijs ſuis. ſi nutus ſuos ꝓ eo amas/
vt tp̄alia lucra recipias. et nõ aduertis q̃d innuat
illa beatiſſima lux q̃ purgate mẽtis intelligentia

cuius vestigia ⁊ nutus sũt oĩm creaturarũ decus Adhuc si forte ignoras te o pulcherrima mulierꝝ egredere ⁊ abi post vestigia gregũ irrationabiliũ creaturaꝝ/q̃ sũt vestigiũ creatoris. tu vero specu lũ beatissime trinitatis. Ergo oĩbus hijs dignior et excellẽtior ꝯprobaris. et pasce hedes tuos iux ta tabernacula pastoꝝ: idest cõuerte cogitatiões tuas ad choros angeloꝝ: quibus quodammodo similis est in natura: et conciuis eris in gloria.

℄ Anima

Jã satis silui. diuqꝫ tacui. Jam cũ verecundia et rubore nũc cõpellor dicere et cõfiteri. qꝫ ad hanc dignitatẽ modicũ aduerti amorẽ meũ. Heu ego infelix ⁊ misera nimis: indigne ⁊ irreuerẽter pro stitui. vane ⁊ negligẽter vixi/⁊ vt veꝝ fatear. Se cundũ bernardũ. Quãto pfectius dignitatẽ meã aspicio: tãto magis vitã degenerẽ me duxisse con fundor ⁊ erubesco. timeo quod tanto grauior sit culpa: quãto dignior ⁊ nobilior est natura. formi do qꝫ tãto maior est offẽsa: quãto maior ẽ illi⁹ qui offẽditur excellẽtia. ptimesco qꝫ tãto peior est in iuria: quãto maiora fuerũt illi⁹ cui ĩiuria irroga tur bñficia. Heu heu heu dñe deus: iã ex dignita te substãcie ppendo vilitatẽ malicie. ex speciosita te nature/cognosco deformitatẽ culpe. ex recor datione beneficioꝝ acceptoꝝ: intelligo ĩgratitu dinẽ factoꝝ meoruz. Heu heu heu domine deus

meus: ve michi misere. Iã video/iam agnosco, q̄ quidquid a sūmo datore accepi ad vsū vite transitore: miserabiliter ĩflexi ad vsū prauitatis ꝛ culpe. Hic loquit̃ bernardus. Trãquilitatē humãe pacis/cõuerti ad vsū varie securitatis pegrinationē terre: pre habitatiõe dilexi patrie. Salutē et sanitatē corporis/redegi in seruitutē misere voluptatis/habūdãciã vbertatis/ nõ ad necessitatem corporis: sed ad supfluitatē expēdi misere cupiditatis. Ipa serena blãdimenta aeris michi seruire coegi/ad amorē terrene delectatiõis. Timeo: et heu valde ptimesco/vt simul nos oĩa ferire penitēdo vel pugniendo debeãt. que vicijs nr̃is male subiecta seruiebãt. Hec gregorius in omelia.

¶ Homo.

O aĩa: iã equaliter perpēdo q̄ bona est tua cogitatio. ex verbis tuis sētio. q̄ nõ fuit frustra mea ãmonitio. Videt̃ michi q̄ luie diuine sis aliqualiter illuminata: tactu veri luminis mota. Qꝛ scdm beatū gregoriū in moralibus. Vnusquisqꝫ dū tactu veri luminis illuminatur. sibiipsi ostēditur: vt inde cognoscat/q̄d est iusticia dei: vñ erudit̃. Vñ sãcti viri/ quo altius apud deū virtutū dignitate pficiūt: eo subtilius se indignos esse dephendūt. qꝛ dū proximi luci fiunt: quidquid eos in semetipsis latebat inueniunt. Hec gregorius. Igitur si o aĩa luce veritatis tacta dignitatez tuã quam hac

tenus nō attēdisti agnoscis: culpā per quā creato
rē tuū offendisti intelligis. Uidisti quā generose
formata sis per naturā: vide nunc quā viciose de
formata sis p culpam. Reduc ergo aīa erūpnosa et
misera ad memoriam errorē et delictū: ꝛ perduc
visꝫ in celū rugitū et lamētum. Cogita aīa pfida/
perdita dei/adultera xp̄i: quid fecisti: dereliquisti
in celū castū amatorem tuū cōtēpsisti creatorem
tuū. repudiasti sponsum tuum: turbasti deū tuum
irreuerēter tractasti angelū tuū sāctū custodem.
Eras tēplū dei sanctū/sponsa xp̄i/ sacrariū spūs
sācti. Que est ista subita cōuersio: repētina muta
tio. de dei virgine facta est corruptio sathane. de
sponsa xp̄i scortū execrabile. de habitaculo spūs
sācti. facta est tuguriū dyaboli. Anselmus ī libro
de ploratiōe viginitatis pdite. Recordare O aīa
propter quod vēdideris decorē tuū. propter quē
abieceris honorē tuū. pro quo tam turpiter defe
daueris vultū: que tanta bona pro tā vili precio
aīas peccato vendidisti. ℭ Anima.

Recognosco. O homo: qꝛ verū loqueris. ꝛ nō ī=
merito de tanta ac tali transgressione rephēdis.

ℭ Homo

O aīa: quare tot bonis te spoliasti. quare tot bōa
opa neglexisti/q̄re tot ānos/ tot dies/ tot horas/
sine fructu vixisti. Un̄ bernardus ait que sequūt.
O dn̄e deus: quot tēpora pfluxerunt in quibus

sine fructu vt aspitio viri. quomō corā te subsistā quomodo ad te potero leuare faciē meā i illo magno τ terribili examīe/ qñ numerare iussero oēs dies meos/ querēs fructū meū? O dñe cur intermisi vllo tēpore te versari in corde meo/ te tota mēte cōplecti/ in tua dulcedine delectari. oīa interiora mea. Mea vbi tūc erāt: qñ tecū nō erāt/ cū a te habeat oīs creatura quidquid habet desiderabile/ laudabile/ et delectabile. Hec bernardus Heu dñe: nūc intelligo sȝ cōfiteri erubesco. Species τ decor creaturarū decepit oculū meū: τ nō aduerti: qꝛ speciosior creaturis oībus tu es/ quibus tantūmodo vnā tue inestimabilis pulchritudinis guttā coīcasti. Quis eñ ornauit celū syderibus/ aerem volucribus/ aquas piscibus/ terraȝ plātis et floribus. Nōne tu clemētissime pater. ꝑ te illa celestiū spirituū agmina varijs donis sunt ornata. Nōne seraphin ꝑ te ardēt dilectōe/ cherubin lucēt cognitione/ tuis donis iudicant throni. ¶ De tuis muneribus dñant̃ dñatiōes inclite/ ex tua v̓tute presūt principatus/ ex tua potestate demones arcēt ptātes/ ex tua ꝓfūda potēcia miracula faciūt v̓tutes/ ex tuo p̄cepto archāgeli magnis nūciāt maiora/ āgli v̓o miōribȝ nūciāt minora Sȝ quid sūt hec oīa: nisi tue pulchritudinis modica sintilla. O iesu fōs vniuerse pulchritudīs ignosce michi misero qꝛ pulcritudinē tuā. tā male reco

gnoui/tā tarde amaui/ ꝓpterea miserabiliter ob
erraui. Dulcedo eciā creaturarum decepit gustū
meū: ꝛ nō aduerti ꝙ melle dulcior es. Tu eñ mel
li ꝛ oī creature dulcedinē ꝯmēdasti. ꝛ nō aliꝺ ē in
creatura dulcedo vel delectatio q̄liscūqꝫ: nisi tue
dulcedinis ꝗ̄ abscōdisti timētibꝫ te. Dulcedo eñ
oīꝫ creaturaꝝ si q̄s iuste aduertit: nichil aliꝺ facit
nisi ꝙ ad tuā eternā dulcedinē nos iuitat. O iesu
fōs vniuerse dulcedinis ꝛ pietatis. ignosce michi
ꝙ tuā īestimabilē dulcedinē ꝛ mellifluā pietatē ī
creatura tua nō cognoui. nec īterno mētis amo=
re gustaui. ꝓpterea miserabiliter oberraui/ ꝛ ani
mā meā vsqꝫ mō siliq̄s porcoꝝ saturaui. Sꝫ heu
vt timeo nūq̄ de pane filioꝝ tuoꝝ māducaui. Iō
sēp in delicijs mūdi ieiuna et famelica ꝑmāsi. Qꝛ
scđm gregoriū/ causa est. qꝛ nolumus intus gusta
re ꝑfectā dulcedinē/ propterea ieiuni et famelici
amamus miseri famē nostrā. Ergo. O dulcissime
iesu. modo agnosco ꝙ oīs dulcedo tibi contraria
fuit michi afflictio ꝛ magna miseria ¶ Augustin⁹
in libro ꝯfessionū. Tu eñ michi misericordissime
deus in pctis meis sēꝑ aderas pijssime sustinens
delectatiōes meas malas/ respgēs amaritudibꝫ
amarissimis. docēsqꝫ ꝑ flagella si vellē sine amari
tudinibus delectari nō possem nisi in te dn̄e. Hec
augustinus. Sed hanc doctrinā nō intellexi: pro
pterea erraui semper. tn̄ in omibus delicijs meis

timui proditorē/timui accusatorē/formidaui rep
hē. orē/aliquotiēs ꝯciam expaui/ multotiēs infa
miā/nōnūꝗ abhorrui gehēnā. et tn̄ ego heu mise
ra inter tot tormēta non mutaui volūtatē meam
decepit etiā odor creature olofactū meū ꝛ igno-
raui qꝺ odor tu⁹ o bone iesu fōs odoris suauitas
tua facit īdesinēter post te ī odorē vnguētoꝝ tuo
rū currere. Decepit sonus fallax auditū meū: et
nesciui quā dulcia faucibus electorū tuorū cōsilia
tua ꝗ̄ leuia manibus sctōꝝ tuoꝝ mādata tua.
O bone iesu fons sapiēcie. fac me vel saltē modo
audire vocē tuā/ sonet in auribus meis vt cuncta
amaritudine recogitādū michi sit ꝙ fefellit me il
la vox miserrima cātanciū ꝛ dicētiū. Venite fru-
amur bōis coronemus nos rosis aīqꝫ marcescāt
vbiqꝫ reliquamus signū leticie nr̄e ꝛc. Hāc vocē
audiui ꝛ nō itellexi et nō aduerti qm̄ oīa vana sūt
et planctu digna. Oīa em̄ hec et hijs similia cito
transeūt ꝛ velut vmbra cito euanescūt. Quid em̄
hec vana omnia amatoribus suis profuerūt quid
hec stulta dilectoribus suis contulerūt. quē enim
fructū habuerūt inillis in quibus nūc confūdunt
et erubescunt. Sed inter hec oīa tu amantissime
iesu sēper michi aderas/vocē tuā frequenter au-
diui sed nō exaudiui inspirationē tuā salutiferam
sensi/sed nō consēsi. Quotiēs michi illud salutife
re cōsiliū inspirasti/peccasti/quiesce. Ad que ego

miser verba sōpnolenta aliquando respōdi. Dñe ecce modo: siue paululū: modo a vanitate quiescā. Cito de malignitate erubescā oīa vana ⁊ munda na derelinquā. Sed heu illud modicū: non habe bat modicū et paululū: in lōgū ibat Augustinus. Multi eternaliter dānaturi ⁊ finaliter ī pctīs de tinētur. qui se ad vocē dñi nō corrigūt. vocē quid occulte īspirationis audiūt: sʒ vitā nō corrigūt dicē tes. Cras/cras et subito ostiū claudit ⁊ remanet pctōr foras ante archā celestis patrie cū voce cor nina. q₂ ꝓ pctīs gemere noluit cū colūba. Grego rius. Heu: q̄ multos ī pctīs eoꝝ sua īfelicitas ꝓ strauit/ mltos diurna pax certos reddidit/ eo q il los malignꝰ sp̄s grauiꝰ ptulit/ quo lōgiꝰ q̄etis vsu negligētes īuenit. Itē gregoriꝰ. Quos eīn vt cō uertāt diuciꝰ tollerat: nō ꝯuersos. durius dānat. Heu mūdana mollities tactū meū nimis misera biliter decipiebat: ⁊ ignorau q tā suauis o bōe ie su esset āplexꝰ tuꝰ/ hōestꝰ actactꝰ tuꝰ. tāq̄ delicio sū tibi ꝯiūgi. Tuꝰ o dulcissime iesu āplexꝰ nō ma culat sʒ mūdat. tuꝰ actactus nō coinq̄nat: sʒ sctifi cat. O iesu fōs vniuerse dulcedis ⁊ suauitatis. q̄ tū hʒ deliciositatis/ hōestatis/ ⁊ iocūditatis/ q̄n le ua tue eterne sapiētie ⁊ cognitiōis ē sub capite id est sub ratiōe. ⁊ dextera tue diuie clemētie et dile ctiōis āplexabit me ī volūtate. Heu me miseram quis vnq̄ taʒ dulce/ tam suaue/ tamq̄ꝫ deliciosum

expiri poterit: q̄ꝫ iter brachia tāti spōsi reqescere inter oscula tāti regis ⁊ amici fideliter obdormire. Hāc dulcedinē sēserāt aīe deuote qñ optabāt dicētes. Osculet me osculo oris sui ⁊c. Quis michi det te fratrē meū suggētē vbera matris mee: et īuenīē te foras solū/ ⁊ deosculer te/ et ītroducā te ī domū pris mei ⁊ ī cubiculū geītricis mee: ibi me docebis ꝑcepta dñi Ez o bōe de⁹: si hec tā dulcia sūt cogitādi: q̄ꝫ dulcia possūt eē degustādi. si tā suauia sūt legēti: q̄ꝫ dulcia erūt ꝑ effectum sētiēti. Augustin⁹ Fac me dulcissīe iesu it⁹ gustare ꝑ amorē qd̄ gusto ꝑ ītellectū. Eya dulcissīe iesu trāsfige saluberrio vulnere amoris tui medulas aīe mee: vt vere ardeat/ lāgueat/ ⁊ liq̄fiat/ ⁊ solo desiderio tuo deficiat cupiat dissolui ⁊ eē tecū. te solū sēp esuriat panē vite celestis q̄ de celo descēdisti. te sitiat fōtē vite eterne/ fontē eterni luīs/ torrētē vere voluptatis/ te sēp ābiat/ te querat/ te īueniat/ ī te dulciter requiescat.

¶ Anima.

Et q̄ vesania ⁊ q̄ īfernalis furia tāto tp̄e a me prohibuit talia ⁊ tāta mētis mee solacia tā diuia gaudia tāqꝫ melliflua gaudia/ dic q̄so o homo q̄ tanta malicia/ q̄ tāti ꝑiculi ratio/ que tāti dāni occasio

¶ Homo.

Uide o aīa: q̄ꝫ tā fatigata laboribus/ tā euacuata doloribꝫ īuenire nō valeas cui tm̄ dānū ascribis/ peto ĝ vt cū diligētia audias si tibi tāti mali atqꝫ

dāni causā demōstrauero/ si tibi dāni tātī inimicū ostēdo. Habes o aīa inimicū domesticū hostē amicū aduersariū primū q̄ tibi malū p bono reddit et sub spē amicicie crudelior existēs inimic⁹. His oībꝫ ⁊ alijs īfinitis bōis te priuauit/ hic hostis salua tua reuerēcia ē caro tua īfelix ⁊ misera multū dulcis tibi ⁊ accepta/ hanc cū pauisti inimicū pessimū ꝯtra te erexisti. hāc cū hōrasti hostē contra te crudelissimū armasti/ hāc cū foris variis ⁊ p̄ciosis īdumētis decorasti oībꝫ interioribꝫ ornamētis te spoliasti. nesciēs qd̄ dicit btūs gregori⁹ i omelia. Vñ caro ad tp̄s suauiter viuit/ īde sp̄s ieternū torq̄bit. ⁊ igemiscit. Et ecōtra: quo pl⁹ caro p̄mit: eo de spe celesti anim⁹ securi⁹ letat. vñ p tāta iiuria nobis p te illata ꝯtinere me āpl'⁹ nō valeo quin tm̄ malū hucusqꝫ sub silētio piculose ptrāsitū durius reprehēdā. Scito īquit beatus bernardus ī suis meditatiōibus. Qui p plures annos tecū vixit ad mēsam tuā cōsedit. cibū de manu tua sūpsit et ī sinu tuo dormiuit. cū voluit eciā colloq̄ū tecū habuit. hic iure hereditatis seruus. sꝫ q2 delicate nimis enutriuisti eū ⁊ virge pepcisti leuauit calcaneū suū sup caput tuū/ ⁊ te sibi ī seruitutē redegit O aīa misera atqꝫ miserabilis q̄s te liberabit de vinculo īproperij huius. Exurgat deus ⁊ ꝯterat inimic⁹ cōtēptor dei/ amicus mūdi/ cultor diaboli Quid tibi videtur de illo? Si recte sētis puto q̄

mecū dicis. reus est mortis/crucifigať. Noli ergo dissimulare/ noli differre/ noli pcere. Crucifige/ crucifige eū. Sȝ i quā cruce. ī cruce xpi/ī qua ē sa lus ⁊ resurrectio nr̄a. Hec bernardꝰ. Recole ḡo aīa: scđm bernardū ī meditatiōibȝ primordia tua ꝙ insignita es dei ymagīe/ decorata silitudie/ desposata fide/ dotata spe/ p̄electa caritate/ redēpta xpi sāguīe/ pticeps ratiōis/ capax eterne btitudinis. Quid tibi cū carne/ vn̄ ista pateris: Si diligēter oēs ꝯditiōes eiꝰ aduertis nūꝗ̄ viliꝰ sterqlīniū vidisti. Si eiꝰ miseriā enuērare velles ꝙ sit pctis onusta/ pruriēs ꝯcupiscēcijs/ occupata illusiōibȝ/ ꝯfusiōe plena/ ignominia repleta: q̄d de ea habes aliō nisi cogitatiōes fedas ⁊ imūdas Hec bernardꝰ. Idē. O aīa diuia: erubesce ī silitudinē porci ꝯ mutari/ erubesce voluptare ī sceno q̄ es de celo. Idē sr̄ can̄. O aīa ꝗ̄diu ī carne es īter spinas v̄saris ⁊ necesse ē vt tēptatiōes/ tribulatiōes/ ⁊ ipugnationū aculeos/ prudēter patiaris. vn̄ tibi dicit. Sicut liliū īter spinas sic amica mea inter filias. O cādēs liliū/ o tener ⁊ delicate flos increduli et subuersores sūt tecū: ⁊ cū scorpionibꝰ habitas/ vide quomō caute āmbules. Caro et mūdꝰ pleni sunt spinis. ꝯuersari ī hijs ⁊ nō ledi diuīe potēcie est ⁊ nō humane v̄tutis. Est ⁊ alius inimicus fortis et crudelis qui mira calliditate oīȝ discutit cōsuetudines/ vētilat causas/ et scrutať affectus. ⁊ ibi sēp

querit causā nocēdi: vbi te viderit studiosi⁹ occu-
pari. Querit enī hic hostis antiqu⁹ ab īicio huāni
generis īimicus cui illecebras gule īgerat: cui vi-
rus īuidie infūdat/ cui blādimēta luxurie obiciat
cui vaītatē supbie pmittat. nouit quomō gaudio
fallat/ quomō metu opprimat/ quomō admiratōe
seducat. hȝ eciaȝ sibi aliquos obligatos quoꝝ ad
aīas decipiēdas īgenijs vtit: ꝛ linguis. O aīa fra
gilis ad resistēdū/ facilis ad cadendū/ difficilis ad
surgēdū/ qualiter isti⁹ crudelis aduersarij laqos
euadere poteris/ quē tātis subtilitatibus pditū a
gnoscis. Hec bernardus. ¶ Anima
Nūc video q nō facile pctm̄ ab illo cognoscit: q ī
eo pmitur. sȝ mox cū inceperit se ab illo alienare
tūc demū cognoscit ī quāta feditate iacuerit. Igr
cū iā meipsā aliqualiter a pctō alienare īcipio ꝛ
per hoc me ꝛ pctm̄ meū agnosco/ ꝛ nūc ampli⁹ a
planctu me ꝯtinere nō valeo. O dn̄e deus tu im-
pressisti michi amabilē ymaginē tuā/ et ego super
duxi odibilē ymaginē dyabolicā. Heu heu heu
miser: q demonis ymaginē supīpssi sup ymaginē
dei. Cur non odio huius imitationē cuius abhor
reo nomen. ipse nulla precedente vindicta pecca
uit supbiēs. ego visa eius pena peccaui contēnēs
ille semel in īnocēcia ꝯstitut⁹. ego multotiēs resti
tutus ille ꝯtra eū qui se fecit/ ego cōtra eū qui me
fecit et refecit. ille deū dereliquit pmittētem ego

fugi deū psequētē. ille ī malicia deo reprobāte p̄stat/ego curro misericorditer deo reuocante. ⁊ si ambo cōtra deū/ille tñ cōtra relinquētē se/ ego vero cōtra morietē pro me. Ecce cuius ymaginem abhorreo cū me in multis inueniā horribiliorem.

¶ Homo.

Fuge fuge igit̄ tu horribilis substā cia. fuge teipsā exterritā a teipsa. Nō ergo sine rugitu cordis tui tolleras horrorē tuū. si tolleras nō te agnoscis Nō enī hec fortitudo s; morti. hebetudo: nō ē sanitas sed obdurata iniquitas.

¶ Anima

Si me video horror intollerabilis est: si nō video mors ineuitabilis ē. O q̄ felix ē q̇ sibi horribilis: s; tñ multū īfelicior: cui mors eterna sēsibilis. Anselmus in orōib;. O pr̄ patiētissime: o rex clemētissime tegere non valeo ⁊ excusare: ⁊ tñ ꝯfiteri non modicū erubesco. Jā causā tātoꝝ maloꝝ īuenio iā qd̄ prius latebat male ꝯagnosco. bernardꝰ ī meditatiōib;. Cor enī meū miserū dū futurū nō curauit gaudiū: nec diuinū q̄siuit ꝯsiliū. a seipso fuit elōgatū/ ⁊ ī amore terrestriū fuit occupatū: vn̄ elapsū ē ab illis ⁊ īuolutū. Vanitas decepit luxuria polluit/curiositas abduxit/cruciabat̄ īuidia/ torq̄bat̄ iracūdia/diuidebat̄ auaricia/ āxiebat̄ accidia sitq; iūgebat̄ oīb; vicijs: q: vnū bonū qd̄ sibi poterat sufficere dereliq̄t. Hec bernardus. Habeāt̄ ergo in obliuione corā te deus mitissime cōsūpta

tpa mea. sȝ ꝯcede vt hoc tps meū residuū forte ni
mis breue ⁊ momētaneū sit tibi honorificū/ mihi
fructuosū/ ⁊ ꝓximo edificatoriū. Jā piissime de⁹ ꝓp
ter magnitudinē dāni qđ ifelix ⁊ misera miserabi
liter icurri: video ⁊ cognosco ꝙ meipsam ⁊ pctm̄
meū sufficiēter vt merui plāgere nō valeo: si tāta
debet eē nō imerito pctī detestatio/ quāta fuit in
misera voluptatis delectatio ¶ Homo
O aīa: si p te vt asseris delictū tuū nō sufficis de-
plāgere: necesse habes ad aliquē sctōrū ꝯuertere
An ignoras scōȝ bernardū: ꝙ securū accessū habe
mus ad deū. vbi habemus matrē ante filiū: ⁊ filiū
ante patrē. Mater ꝓ nobis ostēdit filio pectus ⁊
vbera: fili⁹ pr̄i latus ⁊ vulnera Puto ꝙ nulla pōt
ibi eē repulsa: vbi sūt tot caritatis īsignia/ vel idi-
cia. Jn picul is ḡ ⁊ i āgustijs/ i rebȝ dubijs mariā i
uoca/ mariā cogita/ nō recedat ab ore/ nō recedat
a corde ipaȝ sequēs nō deuias. ipsā rogās nō des-
paa/ ipa tenēte nō corrues/ ipa ꝓtegēte nō metu-
es/ ipa duce nō fatigaberis/ ipa propitia puenies
ad veniā. Hec bernardus. Dic ergo o aīa: cū ma
gna mētis fiducia. O dn̄a sancta ⁊ ppetua virgo
maria. si filius tuus per te factus ē frater meus:
nōne tu per ipsū facta es mater mea. exultabo iā
et letabor: qꝛ quidquid iudicabitur de me: pēdet
ex sētētia matris mee et fratris mei. Hec āselm⁹.
¶ Anima

Cũ peccaui in filiũ: irritaui matrẽ matrẽ offẽdere non potui sine iniuria filij: quid ergo o homo: q̄d faciam/ quo fugiam/ quis me recõciliabit matre irata: filio irato. ¶ Homo

O aĩa: nõ dubites. aĩa, nõ dubites. Si ambo sũt offensi: ambo tñ sũt clemẽtes. ãbo pijssimi. fugiat ergo reus iusti dei iram ad piã matrẽ. fugiat reus offẽsa matre ad filiũ benignũ et dicat. qui factus es filius femine propter miam/ femina que facta es mater dei ꝓpter mĩam. aut misereamini ipse ⁊ misere peccatrici: aut ostẽdite magis misericordẽ ad quẽ ego misera fugere valeã. Hec anselmus.

¶ Anima

O homo: ꝙ bonũ ẽ ꝯsiliũ tuũ/ ꝙ ꝯsolatoriũ est michi misere v̇bũ tuũ. qꝛ si pctm̃ meũ recte aspitio: tũc inuenio/ tũc agnosco. ꝙ elementa pctis meis pollui/ celũ ĩquinaui. astra celi obfuscaui/ damnatos ĩ ĩferno cruciaui/ sctõs ĩ celo ꝯturbaui ⁊ aera fedaui/ demões letificaui/ ⁊ angl̃os michi datos ad custodiã irreuerẽter tractaui. Uñ ab oĩbꝫ hiis auxiliũ petere ꝑtimesco/ ⁊ qꝛ michi iusti iuste indignati sunt/ ad ipsos confugere non presumo.

¶ Homo.

O aĩa: nimia: ẽ trepidatio tua/ q̄uis placita sit humiliatio tua. An ignoras ꝙ m̃lti de sctis peccauerũt/ q̄ qualiter nobis peccãtibꝫ miseri debeãt: in suis magnis pctis didicerũt. Cogita moisem pro

phetã eximiũ: de diuina potẽcia dubitantẽ. Cogi
ta dauid regẽ sctissimũ/ cõtra diuinã legẽ adulte-
rio z homicidio peccãtẽ. Agnosce salomonẽ sapi
entissimũ: ydola vana z pessima adorasse. Agnos
ce eciã manassẽ regẽ nequissimũ qui plus q̃ oẽs re
ges israel peccauerat/ q̃ dicebat peccaui sup nũe-
rũ arene maris: z nõ sũ dignus videre altitudinez
celi pre multitudine iniquitatũ mearũ. hos semp
cogita veniã ĩpetrasse. Sed quid plura de sãctis
veteris testamẽti. Cogita et aduerte de sctis no-
ui testamẽti. Uide matheũ sedẽtẽ ĩ tholoneo pec
catorẽ z publicanũ z assũptum in discipulũ. vide
paulũ lapidantẽ stephanũ/ z electũ in apl'm. vide
petrũ negantẽ xp̃m z mox veniã ĩpetrasse vel im
petrantẽ. vide milites crucifigentes xp̃m z tñ de
diuia mĩa p̃sumẽtes. latronẽ in cruce pẽdentẽ et
veniaz ĩpetrantẽ. postremo q̃ illa mulier famosa
peccatrix maria magdalena facta est tã specialis
amatrix xp̃i. Oñs eñ q̃ quodãmodo cũ deo reg
nãt. vel iã oli sicut nos peccauerũt: vel saltẽ pec-
care potuissẽt si eos diuĩa clemẽtia nõ p̃seruassẽt
qz cuicunqz donatum est vt penitus peccare non
possit non est hoc nature: sed celestis gratie.

¶ Anima.

Jã mĩa nũc secure p̃phãs z reges ĩploro, iaz nũc
audacter apl'os z martires ĩuoco/ ꝯfessores z vgi
nes z viduas z oẽs sctõs ĩstanter ĩterpello sed tñ

pre oibz his sacratissimā vginē mariā dei genitri
cē ɔfidētius adorans īuocabo. Scio eñ q iā dul
cis/tā pia/ et tā suauis ē. q nec noiari pōt quin ac=
cēdat: nec cogitari quin recreet affectū diligētiū
se. Hec ē eñ illa q̄ salutē oibz īpetrauit/ et tocius
huius mūdi reparationē obtinuit. Hec anselm9;
O femina mirabiliter siglaris et siglariter admi=
rabilis. p quā elemēta renouant/ īfirmi remediāt
hoīes saluant/ angeli reintegrāt. O femīa plena
gr̄a: de cuius plenitudinis habūdancia respsa re=
uiuiscit oīs creatura. Bernardus. O bñdicta in
vētrix gr̄e/ genitrix vite/ mater salutis vl' saluato
ris p te habemus accessū ad filiū tuū: vt p te susci
piat nos/ qui p te datus est nobis. excuset apō ipz
integritas tua culpā nr̄e corruptiōis et humilitas
tua deo grata veniā īpetret nr̄e vanitati. O bñdi
cta p gr̄am. quā inuenisti/ p ꝓrogatiuā q meruisti
p miam quā genuisti. fac vt qui te mediātē fieri di
gnatus est nr̄e īfirmitatis et miserie particeps: te
interueniēte et intercedēte participes faciat nos
eterne glie et beatitudinis sue. ¶ Homo
Jam nūc vt estimo aīa aliqualiter ɔuertisti radiū
cōtēplatiōis ad vitandū qualiter formata sis per
naturā. et qualiter deformata sis p culpā. sed con
uerte nūc radiū cōtēplatiōis ad intuēdū qualiter
sis reformata per gr̄az. Scire tñ debes q qñ per
fectius per contritionis lauacrum mentis caligo

detergitur: tanto lucidius diuine reparatiōis beneficiū īspeculatur. Pctm̄ em̄ scdm augustinū est tenebra qua intellectus obtūdit et totus īterior homo obtenebrat. vn̄ necesse est: vt tanto soliciti9 mētales ocl'i a pctī tenebris p cōpūctionis lachrymas cōtinue expurgētur, q̄to āplius p hāc cōtēplatiōis radius obnubilat. Jā ergo o aīa in affectiōibus tuis serenata: dirige radiū cōtēplationis ad ītuēdū q̄ profūda dei clemēcia, 7 q̄ alta sapiēcia, q̄ mira potēcia sis per grām reformata. Cōsidera primo qualiter p bn̄ficiū redēptōis te a pctō originali liberauit An ignoras q̄ p pctm̄ originale eras bonis spūalib3 7 naturalibus spoliata, potestati pricipis tenebrarū subiugata, a pria tua expulsa 7 exterminata. Sз scd3 bernardum. Singlaris illa maiestas mori voluit. vt viuerem9 seruire vt regnaremus exulare vt repatriarem9, 7 ad seruilissīa opa īclinat9 vt nos ɔstitueret sup oīa opa sua Ueīt em̄ fili9 hois q̄rere: 7 saluū facere qd̄ perierat. Ueīt iḡ humilis: vt te sr̄bū huiliaret. Gregori9 ī registro. Ad h̄ vnigeīt9 dei fili9 formā gnis huāni 7 nr̄e huānitatis suscepit, ad h̄ visibilis nō solū visibilis s3 7 despicabilis apparuit Ad h̄ ludibrio℞ ɔtūelias ilusionū opprobria, passionū tormēta tolerauit. vt sr̄bū nō debere eē hoie3 doceret huilis de9. Augu O aīa: bōa terrena xp̄s cōtēpsit: vt cōtēnēda mōstraret. 7 oīa mala terre

na sustinuit: vt sustinēdo doceret. vt neq̄ i illis q̄rerer felicitas: nec in istis timeret aduersitas Gregorius. O mira ꝯmixtio. q̇ creator ē fit creatura/ q̇ imēs⁹ ē capit q̇ diues ē in oēs paup efficit. Suscepit ymaginē carnis nr̄e vt ymaginē quā fecerat repararet vt carnē mortalē imortalitate dotaret Expgiscere ergo o aīa: et respice in faciē xp̄i tui. vide ꝛ ꝯsidera q̄ dn̄s fecit sup terraz/ deus illudit vt honoreris/ inocēs flagellat vt ꝯsoleris/ crucifigit vt libereris/ agnus imaculat⁹ occidit vt epuleris/ sāguis ꝛ aqua de latere eius lancea emittitur vt poteris. Respice ergo ad p̄ciū redēptiōis/ inspice exēplū informatiōis. O aīa: respice ꝛ cōsidera ꝙ xp̄s dn̄s ꝛ amicus tuus affligit oī genere penarū/ in oī ꝑte sensuū/ ab oī statu hoim̄. Rex illusit/ preses iudicauit discipulus tradidit/ ap̄li relinq̄rūt/ pōtifices ꝛ scribe ꝛ pharisei tradiderūt/ gētiles flagellauerūt/ turbe ꝯdēnauerūt/ milites crucifixerūt. Bernardus. Caput illud angelicis tremebūdū spiritibus dēsitate spinarū pūgit/ facies pulchra pre filiis hoīz sputo iudeoꝝ deturpatur ocl'i lucidiores sole caligāt in morte/ aures q̄ audiunt angelicos cantus audiūt iudeoꝝ insultos os qd̄ angl'os letificat felle ꝛ aceto potat/ man⁹ que celos formauerūt sūt in cruce extense/ corp⁹ v̄berat/ latus lancea pforat. Et quid plura? certe nō remāsit in eo nisi sola lingua vt pro peccatoribus

exoraret et matrē discipulo ꝯmēdaret. Idē. O fi
delis aīa: saluator nō nullis aduersāciū hostium
tēptamētis potuit a nr̄e salutis cura reuocari Sz
quo magis nobis ostendit dilectiōis emulatio eo
grauior sequit nos si hāc spreuerimus dānatio.

Anima

O homo: iā diu tacui qz q̄ ꝓposuisti cū gaudio pa
riter ꝛ luctu deuota mēte audiui. Gaudēs gaude
boi dn̄o qz me tm̄ dilexit ꝙ vnigeīto filio suo ꝓp
ter me nō pepcit O iestimabilis dilectio caritatis
vt ācillā imo nec noīe ancille dignā redimeres. fi
liū tradidisti. O dn̄e iesu xp̄e q̄ ꝓpter me tibi non
pepcisti cor meū tuis vulneribz sāctis, ꝛ mētē me
am tuo sanguīe inebria, vt quocūqꝫ me v̄tā sēp te
videā ꝓ me crucifixū, quicq̄d aspixero michi ap=
pareat tuo sāguīe rubricatū. vt sic totus ī te attē
dēs: nil valeaz p̄ter te īuenire nil nisi tua vulnera
valeā intueri. Hec michi ꝯsolatio sit tecū mi dn̄e
crucifigi, hec michi intima afflictio sit aliq̄d post
te meditari. Hugo de sctō victore. Nulla dilectio
maior, nulla caritas sincerior, nullꝰ amor fortior
Mortuꝰ ē ꝓ me īnocēs nichil īueniēs in me qḋ a=
maret. Sed heu quotiēs hāc mirā circa nos dn̄e
diuīe pietatis dignationē aduerto de mea nimia
ingratitudine erubesco. vt quāto bn̄ficia magꝫ
redēptionis agnosco. tanto pctā ingratitudinis
sunt deteriora.

Homo.

